

rat, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem*; sed Christus non circumgestavit frustulum panis, sed solum panem Discipulis manducandum præbuit.

¶. Christum Dominum nec circumgestandum nec manducandum panem præbuisse, sed Corpus suum manducandum præbuit, cum qua manducatione non repugnat circumgestatio, neque per hanc circumgestationem deflectit Ecclesia ab institutione Christi, qui gratias agendo & benedicendo hoc Sacramentum instituit, in quem finem etiam hodie Ecclesia hoc Sacramentum circumfert, ut in populo exciteretur devotio erga Christum de morte superata triumphantem.

Objiciunt 2. Nusquam legitur, quod Apostoli divinæ institutionis tenaces circumgestaverint corpus Christi Eucharisticum.

¶. Argumentum ab autoritate negativa nihil probare, cui additur, quod ob pericula, quæ ex publica circumgestatione Eucharistiæ tempore Apostolorum propter infideles imminiebant non potuerit fieri sollemnis circumgestatio supererogatoria, sicut modo in pace Ecclesiæ sine periculo fieri potest.

DISPUTATIO XXIV.

De Accidentibus Remanentibus in Eucharistia.

Accidentia in Sacramento Eucharistiæ remanere sensus testantur, qui naturaliter circa objectum suum sibi debitè approximatum non falluntur, verum quomodo & qualiter adsint, intellectus fide instructus inquirat.

QUÆ-

DIG

Prob

haberen
est de fi
consecra
tiali hab
etiam ne
tentum
Sacrame
tia ergo
in subj
color, C
vidunt
quantita
non hab
ergo qu
Quo il
sionem
consec
tium c

Ob

go eff
tus ne

¶.

ter ap
exigit

tamen

Ob

omni
subjec

QUESTIO I.

An sine subjecto sint Accidentia?

DIGO: *In hoc Sacramento Accidentia manent sine subjecto.* S. Th. hic Q. 77 a. 1. O.

Probatur 1. Velenim Accidentia pro subjecto haberent substantiam panis & vini; hoc non, quia est de fide, quod tota substantia panis & vini in consecratione destruat; aut pro subjecto substantiali haberent corpus & sanguinem Christi; hoc etiam non: quia corpus Christi non est localiter extensum & alterabile; Accidentia autem sunt in hoc Sacramento modo extensivo & alterabili, accidentia ergo panis & vini sunt in quantitate tanquam in subjecto inhaesionis: quia caetera accidentia ut color, sapor &c. extenduntur ad extensionem, dividuntur ad divisionem, moventur ad motum quantitatis, qualitates autem ex propria sua linea non habent divisibilitatem aut extensionem; sicut ergo quantitas ante conversionem erat subjectum *Quo* illorum accidentium, ita etiam post conversionem Deo supplente subjectum *Quod*; quia post consecrationem non minor est connexio accidentium cum quantitate, quam prius.

Obj. 1. Accidens est essentialiter entis ens; ergo essentialiter est in subjecto; ergo etiam divinitus nequit esse sine subjecto.

2. Distinguendo conseq. Ergo est essentialiter aptitudine in subjecto *Conc.* actu *N.* Accidens exigit & est aptum essentialiter inesse subjecto non tamen est essentialiter in subjecto.

Obj. 2. Materia etiam divinitus nequit esse sine omni forma substantiali; ergo nec accidens sine subjecto: cum magis dependeat accidens a sub-

cto, utpote ens in alio, quàm materia à forma utpote substantia.

2. Negando consequentiam: Quia sine forma substantiali materia non est in determinata specie perfecta & completa, accidens tamen sine subiecto est in perfecta specie, undè non repugnat accidens existere sine subiecto, sicut repugnat materiam primam esse sine forma: cum retineat accidens sine subiecto suum esse specificum & individuale per habitudinem videlicet ad idem subiectum.

Obj. 3. Si Deus suppleat per suum concursum subiectum; ergo suppleret causam materialem, quod involvit imperfectionem.

2. Supplere causam materialem modo materiali & per se ipsum involvit imperfectionem. Cou. supplere efficienter novo & speciali concursu illa conservando sine subiecto, quæ aliàs conservabat generaliter in subiecto Quod. N.

QUÆSTIO II.

An Quantitas per novum modum sit sine subiecto?

CUM alia accidentia sint in quantitate tanquam subiecto quo, sola vero quantitas sit sine omni subiecto, de sola quantitate quæritur: an per novum modum perfectioris sit sine subiecto. Pro quo

Nota: Quod modus existendi per se alius sit positivus, alius negativus; positivus negat existentiam in alio tanquam in subiecto tam actualem quam aptitudinalem, & hic convenit omni & soli substantiæ tam incompletæ quàm completæ; quia nulla apta est esse in alio tanquam in subiecto. Negativus

Di Ac
gativus
quam i
nalem,
tati Eu
DIC
accidem
pote in
conforu
S. Th. h
sine sub
per se,
speciali
vo in q
Pri
stendi
non su
cludite
cto, q
est ent
hoc est
indige
Ad
per fo
vero
Chris
vini f
vus al
Se
concu
inhæ
confe
propr
titas e
causas
à subje

gativus autem negat quidem existentiam in alio tanquam in subjecto actualem, non tamen aptitudinalem, & hic modus existendi per se convenit quantitati Eucharisticae.

DICO: *Deus qui est prima causa substantiae & accidentis per suam infinitam virtutem conservare potest in esse accidens subtracta substantia, per quam conservabatur in esse, sicut per propriam causam.* S. Th. hic Q. 77. a. 1. O. Sive quantitas existit sine subjecto non per modum positivum existendi per se, sed per propriam existentiam conservatam speciali Dei concursu sine aliquo intrinseco de novo in quantitate posito.

Prima Pars probatur: Ille modus positivus existendi per se vel esset substantialis vel accidentalis: non substantialis: quia hic est subsistentia, qua excluditur aptitudo essendi in alio tanquam in subjecto, quæ repugnat accidenti, quod essentialiter est entis ens, nec est modus accidentalis: quia de hoc esset eadem difficultas, cum etiam aliquo modo indigeret ad conservationem sui.

Adde: Quod illud solum de novo fiat, quod per formam consecrationis significatur; per illam vero significatur solum corpus & sanguinem Christi succedere per veram conversionem panis & vini sub iisdem accidentibus; ergo non fit positivus aliquis modus essendi per se in quantitate.

Secunda Pars explicatur: Posito speciali Dei concursu, quo quantitas, quæ prius cum actuali inhaerentia conservabatur, jam sine tali inhaerentia conservatur, quantitas intelligitur per se existere propria existentia, secluso quocunque alio; quantitas enim existit, in quocunque statu ponatur extra causas, existit vero per se, si conservetur separata à subjecto inhaerentis; ergo hic specialis concursus

sive manutentia est necessaria, positio autem aliquis intrinseci est superflua.

Obj. 1. Per se existere & existere in alio sunt modi essendi oppositi dividentes ens reale, ita ut existere per se conveniat soli substantiæ, existere in alio conveniat accidenti; ergo existere per se nequit convenire accidenti.

R. Distinguendo consequ. Existere per se nequit convenire accidenti, existere per se positivè Con. negativè N. quantitas autem, ut dictum est, post consecrationem existit per se negativè.

Obj. 2. Quantitas separata à substantia vel conservatur actione eadem, qua conservabatur substantia, vel diversâ; non eadem; quia hæc conservabat quantitatem concurrente substantia; si diversâ, ergo habet diversum terminum positivum.

R. Quod actio conservativa quantitatis Eucharisticæ importet aliquid majoris concursus supra se ipsam, ut erat conservativa ejusdem quantitatis, ut erat in subjecto, non autem est necesse, quod ratione illius majoris concursus aliquid producat; non enim est actio productiva, sed tantum conservativa producti, sed tantum requiritur, quod sit aliquid majus in conservatione passiva quantitatis, sicut de facto est, majus enim est ipsam conservari separatam; cum sit supernaturale, quam conservati unitam cum sit ipsi connaturale.

Q U Æ S T I O III.

An Species possint corrumpi & alterari?

DICO: Sicut esse horum accidentium poterat corrumpi substantiâ panis & vini existente, ita etiam potest corrumpi illâ substantiâ abeunte. S. Th. hic Q. 77. a. 4. O.

Ratio

De A
Rati
bent ra
te, ut
tunt in
tur; ut
ficultas
actione
tiam pa
prietat
Pro
nes illo
Prim
actione
tangunt
ratio f
autem
mediat
acciden
sufficie
See
vas acc
cies re
cipalit
tibus E
lium
Ter
affini
vini tr
actio
bitæ e
vicem
tibus,
tant al
lis, se
virtute

Ratio est: Quia accidentia remanentia non habent tantum virtutem activam alterandi, sicut ante, ut cum species vini aquam permixtam convertunt in substantiam vini, sed etiam passivè alterantur; ut cum calefiunt vel corrumpuntur; sed difficultas est. qualiter illa accidentia panis & vini actiones illas alterativas, quæ supponunt substantiam panis & vini, cujus accidentia illa sunt proprietates, exercent.

Pro cujus explicatione distinguendæ sunt actiones illorum accidentium.

Primò enim in Eucharistia accidentia exercent actiones intentionales, nam videntur, gustantur, tanguntur &c. actio autem intentionalis est immutatio sensuum facta per sensibiles qualitates; hanc autem actionem accidentia Eucharistica per se immediatè sive per species à se emissas exercent, cum accidens in ordine ad istas operationes sit per se sufficiens principium & causa principalis.

Secundò, Exercent actiones physicas productivas accidentium similium in alio subjecto, sic species madefaciunt, & hæ actiones naturaliter & principaliter procedunt ab ipsis qualitatibus & accidentibus Eucharisticis, utpote ad productionem similium accidentium sufficienter proportionatis.

Tertiò, Transmutant aliam substantiam eamque assimilant substantiæ præhabitiæ, ut cum species vini transmutant aquam affusam in vinum, & hæc actio instrumentariè assimilativa substantiæ præhabitiæ est principaliter à Deo efficienter supplente vicem substantiæ & instrumentariè ab ipsis qualitatibus. *Cuius ratio est:* Quia accidentia non generant aliam substantiam per modum causæ principalis, sed per modum virtutis instrumentariæ & in virtute substantiæ, cujus sunt proprietates; cum ergo

ergo in Eucharistia non adsit substantia panis & vini, Deus, ne impediat inclinationes & operationes virtutum naturalium, supplet concursum substantiæ ad generationem substantiæ similis.

Quarto, Species Eucharisticæ alterantur naturaliter ab agentibus naturalibus: quia ad hoc plus non requiritur, quàm quod actio transiens & alterativa recipiatur in aliquo passo tanquam subiecto; sed supposito, quod quantitas panis conservetur extra subiectum substantiale, & sustentet per modum subiecti alia accidentia, potest esse causa materialis receptiva talis actionis transeuntis.

Quinto, Accidentia Eucharistica alterata se naturaliter reducunt ad pristinum statum & gradum v. g. species vini calefactæ se reducunt ad temperamentum formæ substantiali vini debitum: hæc enim reductio non est propriè motus vel actio sed connaturalis resultantia debitæ qualitatis violenter ante impeditæ, quæ naturaliter sequitur naturam ipsorum accidentium etiam extra subiectum substantiale miraculosè existentium.

Q U Æ S T I O IV.

An & quomodo possit aliquid ex speciebus generari?

DICO: Cum corruptio unius sit generatio alterius: necesse est, quod ex speciebus sacramentalibus aliquid generetur, cum corrumpantur... quidquid posset generari ex materia panis vel vini, si adesset; totum potest generari ex quantitate dimensiona panis vel vini: non quodam novo miraculo, sed ex vi miraculi prius facti. S. Th. hic Q. 77. a. 5. O.

Ex.

De A
Exp
punter
perient
liratibu
tionem
sufficien
nis Deu
quæ pre
ceptas
qua pra
sentu d
tia acci
& vini
natural
bus di
exigen
cundar
qua De
fectum
spiritua
disposi
mis &
cto sub
supple
mam:
posito
forma
positu
posset
accide
quanti
materi
tis in n
hic Q.
connat

Explicatur : Accidentia Eucharistiæ corrumpuntur, & ex illis aliquid generatur, ut patet experientia, illud autem contingit hoc modo, qualitatibus corruptivis & dispositionibus ad generationem novæ substantiæ v. g. ignis aut vermium sufficienter introductis in ultimo instanti generationis Deus producit materiam primam ex quantitate, quæ propter dispositiones prævias in quantitate receptas connaturaliter exigit talem formam, cum qua præviæ qualitates connexionem habent, ac hoc sensu dicitur agens naturale corripens præexistentia accidentia ad conservationem substantiæ panis & vini connaturaliter requisita, novam formam naturaliter educere. *Ratio est* : Quia positis omnibus dispositionibus resultantiam novi compositi exigentibus Deus supplet defectum causarum secundarum : ut patet in generatione hominis, in qua Deus creat animam rationalem supplendo defectum causæ secundæ generantis, quæ formam spirituales producere nequit, ergo quando sunt dispositiones exigentes compositum ignis vel vermis & educationem formæ vermis vel ignis ex subjecto substantiali, quod in Eucharistia deest, Deus supplet hunc defectum substituendo materiam primam; cum ipsa quantitas non possit in novo composito esse pars substantialis recipiens immediate formam substantialem aliàs esset illud novum compositum alterius rationis ab aliis compositis, nec posset dici substantiale, utpote cujus una pars esset accidens, neque extrà Sacramentum Eucharistiæ quantitas est sine subjecto, unde Deus substituit materiam primam vel per conversionem quantitatis in materiam primam, ut videtur sentire S. Th. hic Q. 77. a. 5. ad 3. cujus ratio dari potest, quia connaturalis modus agentis exigit, ut ex illo sub-

jecto

XXIV.

stantia panis & vi-
ones & operatio-
e concursum lub-
e similis,

alterantur natu-
ria ad hoc plus
ansiens & alte-
quam subjecto;
s conservetur
enter per mo-
se causa ma-
ris,

alterata le na-
n & gradum
ad tempera-
am hæc enim
io sed connat-
violenter ante
naturam iplo-
tam substantia-

IV.

ex speciebus

si generati
speciebus sacra-
corrumpan-
panis vel vini, si ad-
e quantitate dimini-
novo miraculo, sed ex
hic Q. 77. a. 5. O.

Ex.

jecto educatur forma, in quod sunt inductæ dispositiones, sed non potest ex quantitate educi forma substantialis, ergo est connaturalis exigentia, ut Deus convertat quantitatem in materiam primam, ex qua educatur forma substantialis v. g. ignis aut vermis. Vel per novam materiæ simul & formæ creationem, quæ, quia fit ad exigentiam dispositionum naturalium in præexistente quantitate receptarum, dicitur generatio, sicut homo dicitur genitus, licet anima rationalis ad connaturalem dispositionum exigentiam à solo Deo creetur. Neque hoc est novum miraculum, sed habet se consequenter ad consecrationem, quâ sic panis & vinum convertuntur in corpus & sanguinem Christi, ut eadem actiones fieri possint, quæ prius fieri poterant.

Q. Quando per mixtionem desinat sub speciebus vini esse sanguis Christi?

R. 1. Si talis fiat mixtio, ut vel per divisionem in minimas partes, vel per actionem alterativam alterius liquoris mixti, desineret esse substantia vini, si adesset, desinit adesse sanguis Christi, ut si vinum consecratum infundatur magnæ quantitati aquæ aut alterius liquoris, sicut econtra si modica aqua infundatur vino consecrato, quæ vel per divisionem vel per alterationem convertitur in vinum, sub illa parte aquæ ita conversæ non fieret præsens sanguis Christi: quia Christus tantum fit præsens in hoc Sacramento vi verborum consecrationis, quæ super illâ parte prolata non sunt.

2. Si verò misceatur vinum consecratum alteri non consecrato similium qualitatum sive in magna sive parva quantitate, remanet præsentia Christi sub partibus vini consecrati, aliud verò, cui misceatur, remanet non consecratum sive in quantitate ex-

cedat

De A
cedat
est: q
secratu
quamc
Obj
addatu
illud n
dicum
crato t
R.
Innoc.
benedi
lib. 3.
cratum
consec
in 4. c
aqua b
fius ag
tur ei
tus pot
crame
virtut
addita
mentu
virtut
patet
aqua p
luntat
consec
D
De
D

DE ACCIDENTIBUS REMANENTIB. IN EUCHAR. 465
cedat siue non excedat vinum consecratum; Ratio
est: quia vi solorum verborum consecrationis con-
secratum vinum tamdiu consecrationem retinet,
quamdiu retineret formam vini, si hæc adesset.

Obj. Si aquæ benedictæ in maiore quantitate
addatur non benedicta in minore quantitate totum
illud mixtum obrinet benedictionem, ergo si mo-
dicum vinum non consecratum misceatur conse-
crato totum erit consecratum.

Res. Concesso Anteced. Conformiter ei, quod
Innoc. III. de mixtione olei non benedicti cum
benedicto dixit in cap. 3. de Consecr. Eccl. vel alt.
lib. 3. tit. 40. *Nec negamus, quin oleum non conse-
cratum consecrato possit oleo commisceri.* Negando
conseq. cum S. Th. tum hic Q 77. a 8. ad 3. tum
in 4. dist. 12. Q 1. a. 2. Q 6. ad 2. ubi ita: *In
aqua benedicta non fit aliqua mutatio substantialis ip-
sius aqua: sicut est in hoc Sacramento: sed acquiri-
tur ei virtus aliqua ex benedictione: & ideo illa vir-
tus potest pervenire ad aquam additam: sed in hoc Sa-
cramento vinum convertitur substantialiter in aliud
virtute verborum: & ideo non oportet, quod vinum
additum substantialiter etiam convertatur in Sacra-
mentum, sed potest esse, quod convertatur in vinum
virtute accidentium vini, qua remanent.* Ex quibus
patet Ecclesiam voluntate suâ efficere, ut accedens
aqua participet benedictionem, non verò ullius vo-
luntate fieri, ut vinum transubstantietur sine vera
consecratione.

DISPUTATIO XXV.

*De Formâ, Effectibus, & sumptione Sa-
cramenti Eucharistiae.*

Differt Sacramentum Eucharistiæ ab aliis Sacra-
mentis, quod alia Sacramenta quando con-
ficiuntur.